

# LEGES ACADEMIAE VITENBERGENSIS DE STUDII ET MORIBUS STUDIOCORVM.



I. *Ῥχὴν ἀποίντων, καὶ τέλος ποιεῖ θεόν*, inquit Graecus Pater. Hoc subinde cogitent Academici nostri, et rerum agendarum principium, ac finem, DEVM faciant. Nec modo sacra publica assidue, ac deuote obeant, sed et ubique DEVM pura, ac religiosa mente colant, uereantur, et innocentes ipsi allegent preces, ut adesse probis conatibus, et studia eorum feliciter uelit prosperare. Cumque sobrietas reuera custos pietatis sit, antistita sapientiae, alumna doctrinae, idcirco sobrie, casteque se gerant, atque in omni uita innocentiam, et sanctitatem profiteantur.

II. Magistratus, ac Praeceptores suos ea, qua par est, obseruantia, honoreque prosequantur, iisque sine murmure, sine contumacia morem gerant, memores, eos parentum haberi in se. immo supra ipsos parentes fere esse, ut Alexander existimabat.

conuitiis abstinentes. Ut enim ordine inferiores sint, tamen resp. is carere non potest. Quid quod nihil durius sit, quam hospiti suo malam gratiam referre.

IV. Ipsi quoque amice, placideque uiuant, et uelut concinant inter se, tanquam unius corporis membra. Neque enim bruta animalia in sui generis bestias ferocire uidemus.

V. Simul atque quis uenerit in Academiam, nomen suum apud Rectorem, in album Studioforum inscribendum, profiteatur, inque leges Academicas, nisi minor XVII. annis fuerit, iuret. Qui non fecerit, ei conuictus denegabitur, et habitatio (neque enim cuiquam eorum fiet copia, nisi iusto documento probauerit, se in Studioforum numerum rite cooptatum esse) quin, si de eo constiterit, Magistratui oppidano, tanquam illegitimus ciuis, addicetur.

VI. Vocatus ad Magistratum qui comparere noluerit, uel alligatus arresto iniussu Rectoris discesserit, aut alio quouis modo ipsi resisterit, eiusue auctoritatem detrectarit, siue etiam periuurium fecerit, infamis esto.

VII. Si quid agendum apud Magistratum, uel totius corporis Academici, uel plurium nomine, id paucis delegetur. Nam, facto agmine, ad Rectorem accedere uetitum esto.

VIII. Nullus, cuiuscunque fuerit conditionis, in iudicio coram Rectore, et Senatu Academico, gladio cinctus, compareat. Qui, a ministro publico monitus, gladium ad fores deponere recusauerit, non admissus contumaciae poenam luet.

IX. Boatus illi, clamoresque Stentorei, tam in plateis, et uicis, quam in aedibus, atque nocturnae grassationes, nec non lasciuiae spurcaeque cantilenae, siue in aliis iam Academicis condemnatae sint, siue ulla ratione castas laedant aures, tenerasque offendant mentes, prorsus interdictae sunt. In eo crimine qui deprehensus fuerit, carcere poenam luet, uel, pro re nata, relegetur.

X. Nemo buccinam, qua publici utuntur Cariores, siue publice, siue priuatim, siue intra, siue extra urbem inflet, nisi decretam Edicto Regio mulctam decem Imperialium, uel uiginti florenorum aureorum incurrere, penamque proteruiae dare uelit.

XI. Gladium, ad inferendam iniuriam, stringere, et sclopetos maiores, minoresue in urbe exponere, atque displodere, nefas esto. Qui secus fecerit, armis excidet, et mulcta pecuniaria, aut carcere punietur: praefracte resistens relegabitur.

XII. Ignitos globos, quos raquetas uocant, intra, aut prope urbem iaculans, eo in primis tempore, quo ciues oppidani iaculatorum ex more exercitium faciunt, relegatione feriat.

XIII. Qui factiones moliri praesumpserit, atque tumultus concitare, quibus pax, et securitas turbatur publica, cum nominis infamia excludatur, uel etiam, pro delicti modo, capitali plectatur poena.

XIV. Aedificiis publicis, ut Arci, Aedibus Collegiorum, Curiae, uim inferre capitale esto. Priuatorum uero aedes qui uiolauerit, siue lapidatione fenestrarum, siue forium effractione, is poena fractae pacis domesticae, Edicto de Duellis definita, afficiatur.

XV. Aedium sacrarum muri sordibus, quas natura excernere iubet, foedentur, sed destinata his loca adeantur.

XVI. Qui feras persequi instituerit, deiicere, aut capere, seuerissimam animaduersionem incurret.

XVII. Famulos libellos, et mala carmina spargere, dictis petulantibus, amarisque conuitiis lauciare aliorum famam, uitium est. Qui fecerit, relegetur, aut grauiores sentiat poenas.

XVIII. Exagitare nouitios, computationes exposcere, aut alias quasuis exactiones illicitas in illos usurpare qui ausus fuerit, uel relegetur, uel excludatur.

XIX. Dimicationes omnes, atque duella uetita sunt. Qui susceperit, is poena capitalis ex Edicto Regio de Duellis irrogabitur.

XX. Bachanalia, et personatas pompas, in paganorum morem, celebrare, sub relegationis poena uetitum esto.

XXI. Nemo in Albi lauet, aut natationes instituat. Qui fecerit, poena arbitraria punietur.

XXII. Ne quis ad ripam Albi, ubi traicitur, sclopetum explodat, uel in loco illo priuilegiato turbas concitet, aut alios uerbis, uel factis laedat. Qui haec ausus fuerit, seuerissime coercetur.

XXIII. Nemo depopuletur hortos, agrosque, olera, poma, aut alios fructus amovens, aut arbores, harumque ramos, laedens. Qui fecerit, satis graui poenae subicietur.

XXIV. Nuptiarum solennibus si quis intersit, uerecunde, honeste, et grauitate se gerat, procul omni lasciuia, et petulantia, cui cum alibi, tum in choreis praecipue esse locus potest. Nemo uero cum ad illa, tum ad alia solennia conuiuia, quae in Collegio D. Augusti parantur, praefertim non inuitatus a curatore conuiuii, uel uocatus, accedat: multo minus per uim irrumpat: et ne quidem ad portam, uel cancellos, per quos in conclaue maius Augustaei itur, reperiatur. Qui secus fecerit, relegatione, uel alia grauissima poena coercetur.

XXV. Excubias uiolare, et nominatim uigilem, ex auctoritate Senatus Academici constitutum, aggredi, aut male habere, nefas esto. Qui delicti huius reus deprehenditur, carcere duriori, uel iure ciuitatis, et honore, pro eo, ac meritis fuerit, mulctabitur.

XXVI. Ne quis ciuem, in ius uocatum, latitantem occultet, uel auxilium delinquenti, et fugienti, praestet. Qui aduersus hanc legem peccet, carcere, aut relegatione, aut alia poena punietur.

XXVII. Vestis, et cultus honestus sit, & decens, citra luxuriam, et leuitatem.

XXVIII. Nullus Electoralis, quod ex Zytho redit, beneficio percipiendi causa, nomen ea, qua publice decretum est, ratione edere detrectet; sin aliter, contumaciae poenam subibit.

XXIX. Nec quispiam ministros publicos debi defraudet grosso, quem mercedis vice ad defraudans beneficii Electoralis immunitate esse.

XXXI. A faciendis temere nominibus, quantum potest fieri, sibi sedulo caueant Studiosi: ea uero, quae honeste contraxerint debita, bona fide soluant.

XXXII. In solvendis debitis eorum in primis rationem habeant, quae pro uictu debentur: si illa scilicet necessitate aliqua contracta fuerint. Alias enim singulis septimanis teneantur soluere, quod pro uictu debuerint.

XXXIII. Si supellectilem cuiuspiam creditor arresto detineat, nec debitor intra anni spatium satisfaciatur, distrahere eam, et uendere creditori licitum esto.

XXXIV. Computationes ultra nonam hyberno anni tempore, aestiua ultra decimam ne producantur. Post illud tempus nemini aut praebentur pocula, aut aedes, quas habitat, pateant, neque iis, qui potum subministrare, uel commissantes perpeti recusent, ulla uis adhibeatur. Regii huius Edicti transgressores Relegationis poena manet.

XXXV. Si qui huc ueniunt, qui, per aetatis rationem, nec studiorum ordinem intelligunt, nec sese possunt regere, illi de Magistro, autInspectore, sibi prospiciant. Nimis enim flexibilis illa aetas est, et, naturae communis uitio, semper procliuor in peiora.

XXXVI. Ceterum subinde recordetur quisque, cur huc missus sit: uidelicet ne tempus inertia transigat, sed ut bonarum literarum, doctrinaeque utilis instrumentum sibi comparet. Idcirco in eam rem omnes ingenii, atque industriae neruos serio, ac semper intendat.

XXXVII. Declamationes, et Disputationes (quarum exercitia omnibus serio commendata uolunt) sine consensu cum Rectoris, atque Decani (eius quidem Facultatis, ad quam scriptum illud pertinet) tum Professoris, ad quam argumentum spectat, publice nunquam instituantur.

XXXVIII. Sed nec typis publicis committetur quicquam, siue id prosa, siue uersa oratione conditum sit, nisi id ante Professor ordinarius, cui proprie competit censuram ferre de illo scripto, probauerit, permiseritque.

XXXIX. Si quis de rebus quibuscunque, censui (uulgo accisae) obnoxii, tributum, censuale intra horas uiginti quatuor non perfoluerit, is aut rebus iis excidet, aut pretio earundem mulctabitur.

XL. Ad corporis exercitia denique quod attinet, ea honesta sint, et ita comparata, ut nullum nec sanitati detrimentum accedat. Praecipue uero modus in illis adhibendus est, ne *εργα* fiant, quae *πάρεργα* debeant esse. Quo circa nullae unquam palaestrae siue armorum, siue saltationum, siue aliarum huiusmodi rerum, aut aperiantur, aut frequententur, nisi Magistratus Academicus consenserit, & quendam ueluti ordinem iis praescripserit.

XLI. Nemo neque in foro, neque alibi in plateis, compositis, structisque aceruatim facibus commissetur, neque clamore, aliave nocturna tumultuatione insolentius se gerat.

XLII. Qui Museum conducit, neque anni spatium determinat, is minimum ad semestrale spatium, iure ipso conductionis, teneatur: Idem esto iudicium de illis, qui a conductionis uinculo se non liberant, sex hebdomadibus ante terminum constitutum.

XLIII. Quicumque communis in conuictorio mensae beneficio fruitur, in aedibus Collegiorum Museum habeat, nisi Electorali, quod ex Zytho redit, beneficio per annum unum carere aelit.

FINIS.  
*Speculator adstat desuper  
Qui nos diebus omnibus  
Adusque nostros prospicit,  
A luce prima in uesperam.  
Hic testis, hic est arbiter,  
Hic intuetur, quicquid est,  
Humana quod mens concepit:  
Hunc nemo fallit iudicem.*

Juramentum, praestandum iis, qui matriculae Academiae Vitenbergensis sua dant nomina, inque numerum Studioforum recipiuntur.

Ego N. N. iuro:

Quod tibi, huius semestris Rectori, et omnibus, qui successuri sunt, Rectoribus, in omnibus rebus, quibus possum ac debeo, quamdiu, discendi causa, in hac Academia uersaturus sum, obedientiam praestare uelim.

Secundo, toto isto tempore, leges, et statuta Academiae, tam ea, quae iam sancita sunt, quam quae deinceps legitime promulgabuntur, studiose seruaabo.

Tertio, conuentibus, qui dicuntur, Nationalibus, nomen meum non dabo, quin aduersabor: et, si quid de illis compertum habeam, Rectori Academiae protinus significabo. Si aliter faciam, et repugnabo, periurii me reum fatebor.

Quarto, si qua iniuria affectus fuero, neque ipse, neque per alium quemcunque, ulciscar me ipsum, sed Rectoris auxilium implorabo, et iuste persequar meum.

Quinto, ex arresto, si quod Rector mihi denunciauerit, neque ipse discedam, neque res meas amovebo.

Sexto, si quod debitum contraxero, ipso iure, hoc est, citra denunciationem, a Magistratu Academico factam, arresti uinculo tenebor, donec soluero, aut creditori meo satisfecero.

Septimo, si contingat, ut propter aliquod delictum meum (quod auertat DEUS!) uel relegationis, uel exclusionis poena afficiar, constituto die ex urbe discedam,  
ITA ME DEUS ADIUVET!

ACADEMIAE VITIMBERGENSIS DE STUDII ET MORIBVS STUDIOSORVM

LEDES

XXV. Exempla nobiles et nominatim insignia...  
XXVI. Nostrum in ius vocatum, istam...  
XXVII. Vestis, et cultus honestus...  
XXVIII. Nihilus Elegerit, quibus...  
XXIX. Nihil delectat, ratione...  
XXX. A laudanda tenore...

XXV. indur...  
XXVI. quod non potest...  
XXVII. Quod non potest...  
XXVIII. Simul atque...  
XXIX. Vocatur ad Magistrum...  
XXX. Nullus, cuiuscunque...


XXXI. In solenne...  
XXXII. Compositio...  
XXXIII. Si qui hoc...  
XXXIV. Ceterum...  
XXXV. De...  
XXXVI. Ad...  
XXXVII. Memus...

XXXI. Quod non potest...  
XXXII. Simul atque...  
XXXIII. Vocatur ad Magistrum...  
XXXIV. Nullus, cuiuscunque...  
XXXV. De...  
XXXVI. Ad...  
XXXVII. Memus...

XXXVIII. Memus...  
XXXIX. Memus...  
XL. Memus...  
XLI. Memus...  
XLII. Memus...  
XLIII. Memus...  
XLIV. Memus...

XL. Memus...  
XLI. Memus...  
XLII. Memus...  
XLIII. Memus...  
XLIV. Memus...  
XLV. Memus...  
XLVI. Memus...

Handwritten note: *Pol. 8. III. 727 / up*



XLV. Memus...  
XLVI. Memus...  
XLVII. Memus...  
XLVIII. Memus...  
XLIX. Memus...  
L. Memus...  
LI. Memus...

LI. Memus...  
LII. Memus...  
LIII. Memus...  
LIV. Memus...  
LV. Memus...  
LVI. Memus...  
LVII. Memus...